

nium vobis esse debet, quod sicuti illud à rubigine consumitur, ita & vosmetipsos carnesque vestras consumendas quasi ab igne iræ divinæ, quem collegistis vobis in extremis diebus tempore iudicii novissimi. Conf. Rom. 2, 5.

Vel: si ista interpretatio durior videatur ob assumptionem relativi *quem* (quamvis & alia loca N.T. similem constructionem habentia dari possint, conf. in hoc eod. cap. v. 6.) cape sis sequentem: Et rubigo illorum in testimonium vobis esse debebat (fragilitatis ac vanitatis harum creaturarum, in quibus tamen omne vestrum præsidium locatis,) licet (sed & tamen) absumat (exedat) carnes vestras instar ignis. O vos nimium vefanos, videtis aurum argentumve rubigine consumi, quod sanè nobis testimonio esse debebat ejus vanitatis, & tamen tantum in vos imperium habet rubiginosum hoc aurum, ut exedat instar ignis præcordia vestra, dum ejus causa, si quando aliquam ejus partem amittitis, tanto mærore ac dolore afficimini, ut cor vorare videamini, Jud. 18, 24. imò insana ejus cupiditas atque amor, instar ignis alicujus vos consumit. Adeò sacra fames auri est. *Tbesaurum colligitis* (iræ divinæ) hac ratione *in extremis diebus* (vobis superventuræ). Punctum intermedium juxta πῦρ non obstat huic expositioni, conf. 1. Pet. 1, 7.

4. Ἀμάρω & θμαι) idem quod θείζομαι. Inde ἀμητός, tempus messis. Ἀμητος, proparoxyt. messis fruges, ἀμητής, messor.

5. Τρυφᾶν) genio indulgere, in deliciis vitam agere. Τρυφή) delicia.

5. Σπαταλάν) idem, à σπατάλη genus cibi delicati.

6. ἔκ ἀνπιπείσεται) pro ὅς ἔκ ἀνπιπείσεται.

12. Non adjurate cælum neque terram.

20. Καλύψει) כַּכִּי reconciliabit, expiabit.

IN EPIST. S. JUDÆ.

C A P. I.

Verf. 1.

Aδελφός δὲ Ἰακώβου) Part. δὲ h. l. non est adverbativa, sed con-

nexiva.

3. Tra-